

*Confutatio Manifesti à D. Leduchow-
wski vulgati. Die 27. Januarij.
Anno 1716.*



Anifestum à D. Leduchowski
nuper vulgatum, & pro more suo,
calumnijs, undique refertum, re-
fellere animus est; præmissa ta-
men priùs brevi & paulò altius
repetitâ rerum informatione, ad
meliorem materiæ de quâ agitur, intelligentiam.

Anno præterito, Primas Regni & Supremi, *Serissimus*
Duces eductionem Copiarum auxiliarium à Re-
ge efflagitarunt, & quidem æstivo tempore, &
durante adhuc bellicâ expeditione in Pomeraniâ;
sed solidis argumentis demonstrato periculo ex
hac præcoci Copiarum eductione imminentि (cu-
jus funestos re ipsâ sensisset effectus Polonia, ni
præsentia militis Saxonici, illis obviam itum esset)
ut & diffidentia, & dissensione, hinc sine dubio
inter federatos septentrionales, oriundis, moramq;
operationibus Pomeranicis, tanti cæterum mo-
menti, allaturis; promisit Serenissimus REX se,
simul ac finis Expeditioni Pomeranicae impositus
foret, copias suas educturum. His & Primas &
Duces acquieverunt. Ipse Rex tūm, ut propriari
accessu ad loca ubi bellum gerebatur, hujus finem
acceleraret, eoque citius præmissa de eductione ad-
impleret, cūm, ut subsidia, militi suo in Poloniâ alen-
do, compararet, Saxoniam petij; præmisso ante di-
scessum severiori edicto, quo ab omni & licentia,
& excessu prohibebatur miles Saxonicus, utque cum
exercitu Regni sese bene haberet, ipsi injungebatur.

A

Hic



Hic erat rerum status, cum Exercitus Regni, (cui postea aliquot Minoris Poloniae Palatinatus sese conjunxerunt) bellum copijs auxiliaribus infert, easque improvisò adoritur; sicque contemptis & posthabitatis legibus, causam suam aleæ belli committit. Quis verò in simili casu jus naturalis defensionis, vimque vi repellendi copijs auxiliaribus competere, neget? Hoc indubitato jure nixus miles Saxonius strenue sese defendit, & ipso facto Confœderatis in sui perniciem conjuratis demonstrat, ipsos non satis aptam fortè, & fecuram viam iniisse, meliusque utilitatibus suis consuluisse, si legibus potius quam armis dimicuissent; at jacta erat alea: quæ armorum sorti commissa fuerant, armis decidere conveniebat: Saxones sub faustis Auspicijs Illustrissimi D. Comitis à Flemming copiarum Regiarū FeldMareschalli, Vistulam renentibus Confœderatis trajiciunt; & quamvis juxta horum computationem, (accuratam equidem non dixerim, præcipiti enim festinatione discedentibus, non satis temporis suppetuisse, ad rationes scrupulosius subducendas, valde probabile est) saxonum tantus numerus ceciderit, ut si Dijs placet, ijs cæsis & vulneratis Vistulæ cursus steterit; horum tamen tristes reliquæ Confœderatorum retro cedentium vestigijs insistentes, versus Leopolim iter intendunt, illosque propè Zamoscium offendentes, ad pugnam se parant, at dum Saxones de pugnâ serio cogitant, Confœderati per Tubicines, eosquè numero plures, à Comite Flemmingio sollicitè & repetitis vicibus petunt, ut consistere velit; Datum responsum se equidem nec velle, nec posse consistere, sed polliceri se Confœderatis non institurum, modò à viâ recedant.

Inter



Inter hæc, armistitium à Confœderatis, duobus Senatoribus committitur proponendum Comiti Flemmingio, qui in dissidijs intestinis ad pacem, quām ad bellum propensior, nullamque fibi partum iri gloriam existimans, ex bello cum ipsis Regis subditis gesto, trium dierum armistitio consentit, quo finito, ejusdemq; prorogationem pacis ineundæ causâ cupientes Confœderati, eorum votis iterum annuit Dominus Feldt-Mareschalcus: Plenipotentiarij & Mediatores ad Pacem perficiendam ab utraque parte nominantur: in hos dico Mediatores Dominus FeldtMareschalcus & Dominus Palatinus Culmensis, à parte Exercitus Regij proponuntur; sed admisso primo, alterum videlicet Dominum Palatinum recusant Confœderati; & quamvis hujus admissio ab Exercitu Regio, urgeri, imò obtineri potuisset; ab hac prætensione, in Pacis gratiam, spontè cessit Dominus Palatinus; indicium certum, quod Confœderatis non solum facultas libera suffragij & sententiae suppeterit, sed & obsequiosius illorum, quam Exercitus Regij voluntati indulsum sit.

His peractis ad pacis tractationem processum est: utrinque proponuntur conditiones; à parte Regij Exercitus; ut exemplo dissolvatur Confœderatio, ipsique in proprietatem cedant, quæ armis acquisiverat: à parte verò Confœderatorum ut educantur copiæ auxiliares, & ab onere contributionum liberentur. Re ab utriusq; partis mediatoribus bene persensá, perspectaque impossibilitate ad compositionem unquam perveniendi, quamdiu neutra pars à prætenso jure recedere vult, medium quæsitum est, quo, utrique parti, pari passu à prætensionibus recessenti, satisficeret: hoc



autem medium his praesertim conditionibus continebatur; respectu Confœderatorum; ut eis copiarum auxiliarium eductio, sub honoris pignore promitteretur; nexusq[ue] Confœderationis indissolitus maneret ad educationem usque; quod à Confœderatis in majorem dictæ educationis fidem postulatum est; respectu vero Exercitus Regij, ut ipsi interim modicum alimentum suppeditaretur, quod postea ne in illo comparando justos limites excederet Miles, 17. Tymphonum summâ definitum est: ipsum vero educationis tempus Regi & Republicæ definiendum relinquatur, tanquam utriusq[ue] partis superioribus, & quorum authoritati ultima demum litis diremptio subest.

His tanquam præcipuis conditionibus, totum Ravense pactum, à Confœderatis postmodum improbatum & ruptum, continebatur.

Ex rebus supra narratis Lectorem monitum velim, ut sequentia puncta memoriam teneat.

1. Confœderationem incœpisse eo ferè tempore, quo promiserat REX copias suas educturum, statim atq[ue] finis expeditioni Pomeranicae impositus foret.

2. Confœderatos, juxta proprium testimonium, nihil aliud in votis habuisse, quam Copiarum auxiliarium educationem, & ab omni contributione exemptionem: hocque unico fundamento, si fides illis habeatur, totam niti Confœderationem.

3. Confœderatos arma primos arripuisse, & Copias auxiliares offensivè esse aggressos.

4. Sicque aleæ belli prætensiones suas comisisse.

5. Primos armistitium, porrò ejusdem prorogationem, & demum pacem petiisse.

6. In



6. In hunc finem Plenipotentiarios & Mediatores plenâ potestate munitos , sponte & propriô motu, ad pacificandum elegisse & misisse.

7. Tandem solemne Pacis pactum ab omnibus utriusq; partis cum Plenipotentiarijs, tum Mediatoribus approbatum , & liberè libenterq; subscriptum, posthabit is honestatis , & bonæ fidei legibus non solum improbasse, sed & rupisse.

Jam ad Articulos Manifesti à D. Leduchowski vulgati respondere mihi incumbit.

Manifestum.

Stanislaus &c. Leduchowski &c.
Mareschalcus Generalis
Reipublicæ Confœderatae.

Confutatio.

Jam pluries D. Leduchowski demonstratum est, illum æquè falsè , ac ridiculè asseclarum suorum coetum nomine Reipublicæ indigitare ; miror sanè quod adhuc dum phantasmatate illo sibi adblan diatur : sed serò sapiunt Phryges.

Prout hanc Confœderationem nostram non alia intentione inchoavimus & cōstituimus, quàm ut Regia unquam intenderunt, ean-
Majestas AUGUSTI II. in dem hanc rationem semper servetur, non indigē- perturbare
tuto servetur, non indigē- causati sunt, videlicet
do exterorum auxilijs, sed Legum & Libertatis consolū ijs, quæ validissimo servationem, vel restitu-
& retineantur libertates & partes suas traherent, at
leges B sanè



Manifestum.

*leges nostræ in salvo, sine
sequibus etiam amplissima &
potentissima Imperia
mera sunt latrocinia.*

Confutatio.

sanè si quis Legum infra-
ctione reus pronunciari
debeat, ipsi sunt Confœderati, non verò Copiæ
auxiliares, quibus alimen-
torum suppeditatio, pro
præstitis in bello ab ipsâ
Republica constituto &
adhuc dum durante ser-
vitijs, pro legum, & li-
bertatis violatione, absq;
injuriam haberi nequit. (de
hac materia fusiùs traçta-
tur in libello supplici ab
Exercitu Regio, D. Feldt-
Mareschalco oblatu, &
hic ad finem adjecto:) Er-
go vel alia mente ducti
fuerūt Confœderati, (quod
maximè verisimile est)
quam ut Legum & liber-
tatis defensionem susci-
perent: vel sanè falsâ opi-
nione ducti umbram pro
corpore, nubemque pro
Junone amplexi sunt.

Ita licet aliquoties ab
Exercitibus Sacræ Regiæ
Majestatis stante etiam ar-
mistiſio angarisati fueri-
mus, & Fortalitium Za-
moscense contra publicam
fidem

Jam alibi demonstra-
tum est, quod Fortalitium
Zamosc ad armistitium
non pertinuerit, hinc e-
tiam cum de armistij pro-
rogatione actum, pacisq;
ineun-

Manifestum.

fidem, Nobilitarium for-
tunarum, & actorum pu-
blicorum depositorium, de dicti Fortalitij occu-
non sine effusione sanguini-
nis, illiusq; loci Com-
mendantis crudeli occi-
sione, *receptum*, nihi-
lominis hanc famam,
quam hucusquè celebris
natio Polona, & sàpè
cum dispendio sui conser-
vat, quod licet sibi Ipsa
eligit Reges, *tamen illos*
magis observat quam aliae
nationes hereditarios Prin-
cipes; *nullum fecimus ho-*
silitatis gressum, habentes
in cordibus mitiora consilia.

Et quàmprimùm per li-
teras Czarea Majestas sese
denuntiavit, statim debitâ
pro hoc affectu facta grati-
arum actione, cōstituimus
expedire ad Czaream Ma-

jeſta- B²

Confutatio.

ineundæ gratiâ Ravæ con-
ventum est, ne minima
patione, vel querela,
vel mentio injecta est.

Exemplum illius obser-
vationis ex Turbis præ-
sentibus peti potest.

Hoc contra veritatem
dictum, durante enim tri-
um dierum armistitiò,
Confœderati Equitum no-
strorum plures hostiliter
aggressi sunt, eosque ca-
ptivos abduxerunt: plus
semel etiam ad loca no-
bis ad pabulum, in To-
maszow assignata, ipsi pa-
bulatum iverunt.

Quis



Manifestum.

jestatem nostrum Legatum.

Postea quando nobis de-nuntiaverūt Senatores no-stri, & Fratres majores, quod habebant certa me-dia ad fundamentalem pa-cificationem nostram, id-que in Łabunie oretenuis confirmaverunt, statim annuimus, *nullis tamen a-lijs positis conditionibus pre-ter illas qua sunt basis nostri nexus*, videlicet Eva-cuationem indilatam Exer-citus Saxonici ex limitibus nostris & cessationem in-stantaneam omnium in ge-nere & specie contributio-num, & has conditiones tanquam præliminaria Le-gatis Plenipotentiariis no-stris ad Tractatum in Ra-vâ per Senatores nostros assignatum tam in Instru-ctione, quam oretenuis commisimus.

Confutatio.

Quis D. Leduchowski ita loquentem audiens, non credat Cœfederatos, Copijs auxiliariibus ita fu-isse superiores, ut hæ ab illis tanquam Victoribus, pacem efflagitare coactæ fuerint? at alio planè mo-do res se habet. Con-federati enim ab Exercitu Regio retrò cedentes, & pugnam detrectantes, armistitium primò per quam sollicitè, tum ejus prorogationem, & pacem demùm requisiverunt: ergo petentium personam sustinentes, ipsos condi-tiones Pacificationis posu-isse, easque tales quales D. Leduchowski afferit, videlicet indilatam evacu-atio-

Manifestum.

Confutatio.

ationem & cessationem instataneam omnium cōtributionum, Quām sit ratione absonum judicet Lector: Quid enim Victores aliud facere, aliud exigerre potuissent? Quid aliud coēptis audacibus unquam prætexerunt? Confederati, quam dictæ Copiarum Evacuationis, & Contributionum cessationis adēptionem? Ad quid aliud, juxta propriam confessio-
nem, arma sumperunt? Atqui sorti armorum semel credita, vel armis decidere oportet, vel si altera partium belligerantium pacem exposcat & ad illam perficiendam Plenipotentiarios & Mediatores omni meliori formâ plenâ potestate munitos, mittat; præsumitur à prætensionibus suis plus minus recedere velle, (alias cui bono mitterentur Mediatores si omnia pacificationis media respue-
re animus esset) ni sibi

C dī

malæ

Manifestum.

Confutatio.

malæ fidei notam inure-
re velit ; Quod viderint
Confœderati.

Ubi dolendum non per modum mediationis, sed potius viâ compromissi ad arbitrium D. FeldtMar: Flemming omnia negotia tractabantur, & quæ non valuit ratio efficere, hæc respectus & metus vicinæ Potentiæ acceptare cœgit, nonnullos nostros Legatos pollicitationibus, alios diris & minis, alias ad conferentiam non admittendo, ad subscriptio-

Iste Articulus à capite ad calcem omni falsitate falsior est. Non solùm enim æqua conditio, qua libertas loquendi, proponendi, agendi, utriusque parti fuit; sed ut jam in Pròemio dictum est, majori indulgentiâ voluntati Confœderatorū, quàm Regij Exercitus obsecundatum est; ideo etiam ne tantulū quidem à Confœderatorum Deputatis, tunc temporis expostulatum est. At certè, si juxta calumniam D. Leduchowski, omnia pro arbitrio D. FeldtMareschalci gesta sunt, summas illi reddere grates tenerentur Confœderati, qui eorum utilitatibus tam studiosè invigilaverit. Nihil enim nisi proficuum & illis optatum, in Pacto Raven- si continetur: Copiarum eductio, quam semper adeò in votis habuerunt, sub hono-

Sub



Manifestum.

Confutatio.

honoris pignore promittitur. Nexus Confœderationis, pro certiore illius educationis fide, ad dictam educationem usque indissolitus relinquitur. Copijs auxiliaribus, per breve illud tempus modica, & quæ carere non possunt, alimentatio conceditur quæ postmodum septemdecim Tymfonum Summa definitur; Eo fine ut vitarentur excessus, qui ex non definitâ, sed arbitrio militis relictâ necessariâ alimentatione, proculdubio orti fuissent, ut illos re ipsa post ruptam pacem ortos videamus.

Sub tempus cuius Tra-
Etatus, licet stante armi-
ssitio, nulla erat securitas;
Sacraea DEI, Domus no-
bilitares depraedabantur,
cōburebantur; unclii DEI
& nobiles innocui varijs
cruciatibus, & inauditis
tormentis afficiebātur; Po-
stæ nostræ quæ propter com-
municationem nobiscum in-

Calumniare audacter,
semper aliquid hæret; hu-
ic præcepto adeò diligē-
ter paret D. Leduchowski,
ut illud in symbolum e-
legisse non dubitem; ni-
hil à vero magis alienum
esse potest, quam quæ in
hoc articulo proferuntur:
non Copijs auxiliaribus,
quæ enumerantur hīc fla-

Manifestum.

ter Ravam & Włodimirz
sub salvagardia Saxonica
dispositæ erant, revideban-
tur, & intercipiebantur, ita
ut nec forma fuerit, nec spe-
cies ulla securitatis, quam
sub tempus talium actuum
omnes gentes servare con-
sueverunt.

Confutatio.

gitia attribui possunt, sed
Confœderatorum moribus
aprimè conveniunt; qui-
bus plurima facinora obi-
ici possunt Latrocinijs,
quàm bellicis gestis simi-
liora. Si vera foret hæc
imputatio, quare durante
pacificatione de hoc non
conquesti sunt Deputati?
Quare cum inde ansam
sumere debuissent ab omni
negotiatione statim absi-
stendi, & re infectâ di-
scedédi, ad conclusionem
usque Pacti cum Juris gen-
tium violatoribus perre-
xerunt?

Apposuerunt ad hanc
operam & maximè adju-
verunt ad intolerabilem
Tractatum *insani quidam*
tsujus Patriæ Filij, qui per
tacitos cuniculos, varias
machinationes, plus quàm
Saxones ipsi (nam ibi fer-
mè nullus Saxo fuit) ela-
boraverunt hoc opus.

1. *Ubi evacuatio Saxon-
um ad arbitrium Regium
rejecta est.*

Hi insani Patriæ Fi-
lij ipsius Leduchowski, &
ex Confœderatorum gre-
mio electi Plenipotentia-
rij fuerunt.

Jam principales ratio-
nes rupti pacti Ravensis à
Confœderatis allegantur.

1. Non evacuatio ad
arbitrium Regium rejecta
est, promissa enim simpli-
citer & absolutè fuit; sed
temporis evacuationis de-
finitio.

2. Non

Manifestum.

Confutatio.

2. Non ad Regem solum, sed ad Regem & Rempublicam remissa est definitio illa. **R E X** & **Respublica**, utriusque Partis dissidentis sunt Superiores. **Quid vero æquius** est, quam ad ipsos summa dissidiorum decisio nem deferre; imo sine crimine læsæ Majestatis ab hoc jure excludi non possunt.

Quid autē sibi metuerint Confœderati ex illa ad Regem & Rempublicam delegatione examinare luet?

Num forsan ipsis voluntas Regis & Reipublicæ suspecta fuit, ita ut crediderint non alia de causa ad hos provocatum fuisse, quam ut evacuatio Copiarum protraheretur? imo se eandem hâc viâ nunquam fore adepturos & at cum brevi de hoc potuissent fieri certiores, quare ante periculum factum, num bonâ vel malâ fide secum ageretur, Tractatum abruperunt? ut saltēm

D

si ma-



Manifestum.

Quid sit ergo istud invenimus
Quodque est illi ab aliis
Est enim quod per se ipsum
Hoc est enim quod est super
Hoc est enim quod est super
Vnde non potest nisi loqui
Est ergo hoc quod per se ipsum
Est ergo hoc quod per se ipsum
storum

2. Et à Rege etiam Plenipotentia producta non fuit.

Confutatio.

si mala fide secum esset
actum, speciem justitiae &
æquitatis huic violationi
obtendere potuissent. Ali-
quot septimanis tota ex-
pectatio continebatur.
~~Quem~~ nam fructum ex im-
patientia sua reportarunt?
Num propterea prompti-
orem Copiarum evacuationem
adepti sunt? nonne
potius coram Orbe to-
to malam fidem, & vo-
luntatem suam testati sunt?
justamque injecerunt su-
spicionem, se non tam Pa-
tri in executionem, quam
ejusdem executionem ti-
muisse, idq; malâ Ducum
voluntate, qui ex rerum
perturbatione utilitatem
cipientes, ab omni Paci-
ficatione abhorrent.

Cum Confoederati tam
sancte protestati sint, sibi
cum Rege nihil esse ne-
gotij, sed cum Exercitu
Regio; non Regis, sed
Exercitus Plenipotentia o-
pus fuit; verum hujus de-
fectum, Regis Ratificatio,
cumulate supplevisset.

Non

Manifestum.

3. *Contributio tam gravis per Septemdecim Tymfones*, juxta Tariffam 1661. ex fumo quovis, ubique concessa est.

+ Ad 4^{thm}

4. *Locatio Exercitūs optimè de nobis meriti, in tribus tantum Palatinatibus*, videlicet Volhyniæ, Bracłaviæ & Kijoviæ assignata, +

5. *Gvarantia*, quæ pro maximo robore & pondere manutentionis omnium Tractatuum additur, nostrorum Senatorum ap posita, quasi ad elusionem Reipubl: Cui tot Constitutiones Comitiorum, Consiliorum, & Diplomatica nullum attulerunt suffragium. Propterea Nos

olint pro D₂ - modi

Confutatio.

Non Nomine Contributionis hi 17. Tymfones concessi sunt, sed solummodo in alimentationem, quæ hāc Summā definita fuit, idque in utilitatem publicam, ut jam dictum est suprà. Ratio fuit (ut in ipso Tractatu declaratur) partim ad vitandas omnes collisions; partim ne Palatinatus nimirū aggravarentur transitibūs.

At locatio Exercitūs Regij in duobus tantum Palatinatibus, Russiæ & Podoliæ constituta fuit; in uno tantum, promissum enim fuit Palatinatum Podoliæ liberum relinquere.

Quid mirū si garantiam apposuerint iij ipsi, quos in Mediatores elegerant Confœderati.

Cres-



Manifestum.

procedendo recto & ju-
sto itinere Antecessorum
Nostrorum, testamur pri-
mò coram D E O, uti o-
ptimo cordium humano-
rum Scrutatore, postea
coram toto mundo, &
dignissimo Regno Polo-
niae, ac Provincijs eidem
annexis, quod non ex ul-
lo externo, aut particula-
ri interesse, sed tantum in-
tuitu ex zelo boni publici
hunc Tractatum pro nul-
lo & invalido, pro da-
mnoso Libertati, Legi-
bus nostris, pro lædenti à Confoederatis Tractatūs
honorem liberae gentis rejectionem, esse bono
Polonæ habere volumus, publico damnosissimam
& bonæ fidei, legibusque
Divinis & humanis è di-
re volumus : & serio
commendamus, & jube-
mus, nè ullibi illius exe-
cutio fiat.

*Præmonemus interea in-
fanos hujus Patriæ Filios,*
ut amplius super illius vi-
scera sœvire nolint, dan-
do illis tempus ad resipi-

Confitatto.

Credat Judæus Apella;
at ego nec credam, nec
ab ullo Viro æquo cre-
di posse existimo.

Sed vicissim coram o-
mnibus protestor, hanc
à Confoederatis Tractatūs
honorem liberae gentis rejectionem, esse bono
publico damnosissimam
& bonæ fidei, legibusque
Divinis & humanis è di-
ametro contrariam.

*Præmoneo etiam o-
mnes novis studentes, tur-
basquè & bella in sinu
Patriæ moventes, & fo-
ventes, eaq; de Causa ti-*

scen-

tulo

Manifestum.

scendum sex septimana-
rum à datâ præsentî, ut liorum verè dignos, ut
juxta tenorem Confœde-
rationis Nostræ ad Nos gem redeant.
veniant; nam si in præ-
scripto tempore id non
fecerint, ex tunc præviô
Universali Nostrô, quod
pro tunc publicare de-
mandabimus, pro hosti-
bus Patriæ, & invindi-
cabilibus capitibus, quē-
libet nominatim expri-
mendo illos declarabi-
mus, & bona illorum ju-
re caducō distribuemus.

Nunquam tamen rece-
dendo ab honesta pace, ab-
horrendo Tributorum o-
nus, & non tantum okla-
tiationem, sed & aliorum
publicorum vicinorum
nostrorum acceptare pa-
rati. Quæ omnia DÉO
exercituum committen-
do, qui scit misereri su-

Confutatio.

tulo insanorum Patriæ Fi-
tandem ad bonam fru-
strationis Nostræ ad Nos

Quis credat Confœde-
ratos honestam Pacem
acceptare velle, qui tales
à proprijs suis, & è gre-
mio illorum electis Ple-
nipotentiarijs constitutam
& à Mediatoribus appro-
batam rejiciunt & fran-
gunt; multò similius ve-
ro est ipsos Ducum suo-
rum fascinatione seductos

per E

bello



Manifestum.

per egenum & pauperem, hoc Manifestum Nostrū, ut ad cuiusvis facilius perveniat notitiam, recommendavimus, ut in omnibus Castris & Paraphijs publicetur. *Datum Włodzimiriæ Die 27. Januarij. Anno 1716.*

Sign: Stanislaus Leduchowski.

Confutatio.

bello delectari, utinam brevi resipiscant. Quo- ut ad Mediationem Czareæ Majestatis & aliorum vicinorum Principum, non solum perlibenter illam acceptabit Exercitus Regius, sub Regis & Reipublicæ beneplacito, sed & ad totum orbem provocare paratus est.



*Confutatio Manifesti à D. Leduchow-
wski vulgati. Die 27. Januarij.
Anno 1716.*



Anifestum à D. Leduchowski
nuper vulgatum, & pro more suo,
calumnijs, undique refertum, re-
fellere animus est; præmissa ta-
men priùs brevi & paulò altius
repetitâ rerum informatione, ad
meliorem materiæ de quâ agitur, intelligentiam.

Anno præterito, „Primas Regni & Supremi *Celsissimus*
Duces eductionem Copiarum auxiliarium à Re-
ge efflagitarunt, & quidem æstivo tempore, &
durante adhuc bellicâ expeditione in Pomeraniâ;
sed solidis argumentis demonstrato periculo ex
hac præcoci Copiarum eductione imminentि (cu-
jus funestos re ipsâ sensisset effectus Polonia, ni
præsentia militis Saxonici, illis obviam itum esset)
ut & dissidentia, & dissensione, hinc sine dubio
inter federatos septentrionales, oriundis, moramq;
operationibus Pomeranicis, tanti cæterum mo-
menti, allaturis; promisit Serenissimus REX se,
simul ac finis Expeditioni Pomeranicae impositus
foret, copias suas educturum. His & Primas &
Duces acquieverunt. Ipse Rex tūm, ut propriari
accessu ad loca ubi bellum gerebatur, hujus finem
acceleraret, eoque citius promissa de eductione ad-
impleret, cum ut subsidia militi suo in Poloniâ clau-
do, com-
scessum
& excess
exercitu

